Werk

Titel: Facsimile nach dem Exemplar des Ovid in der Bodleian Library zu Oxford

Ort: Weimar

Jahr: 1881

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?338281509_0016|log20

Kontakt/Contact

Digizeitschriften e.V.
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

info@digizeitschriften.de

Facsimile

nach dem Exemplar

des Ovid

in der

Bodleian Library

zu

Oxford.

QVAE HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Ad Marinum Sannutum Epiſtola qui apud græcos ſcripſerint μεταμορφώσεις.

Aldo priuilegium conceſſum ad reip. literariæ utilitatem.

Orthographia dictionum græcarum per ordinem literarum.

Vita Ouidij ex ipſius operib.

Index fabularum et cæterorum, quæ inſunt hoc libro ſecundum ordinem alphabeti.

OVIDII METAMORPHOSEΩN LIBRI QVINDECIM.

AL DVS

313

This little Booke of Ovid was given to me by W. Hall who sayd it was once Will. Shakspeares

T. N. 1682

Quid tamen hoc prodeſt ſi diro facta uolucris
Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honoris
An, quæ per totam res eſt notiſſima Leſbon·
Non audita tibi eſt· patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? auis illa quidem· ſed conſcia culpæ
Conſpectum, lucemq; fugit· tenebriſq; pudorem
Cælat· et à cunctis expellitur æthere toto·
Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus
Sint precor iſta malo· nos uanum ſpernimus omen·
Nec cæptum dimittit iter· dominoq; iacentem
Cum iuuene Aemonio uidiſſe Coronida narrat·
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis
Et pariter, uultuſq; deo, plectrumq;, colorq;

Excidit· utq; animus tumida feruebat ab ira
Arma aſſueta capit flexumq; à cornibus arcum
Tendit· et illa ſuo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo·
Icta dedit gemitum, tractoq; à uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore·
Et dixit· potui pœnas tibi Phœbe dediſſe·
Sed peperiſſe prius· duo nunc moriemur in una·
Hactenus, et pariter uitam cum ſanguine fudit,
Corpus inane animæ frigus letale ſecutum eſt·
Pœnitet heu ſero pœnæ crudelis amantem·
Seq; ꝙ audierit· ꝙ ſic exarſerit· odit·
Odit auem· per quam crimen, cauſamq; dolendi
Scire coactus erat· necnon arcumq;· manumq;
Odit· cumq; manu temeraria tela, ſagittas,
Collapſamq; fouet· ſeraq; ope uincere fata
Nititur· et medicas exercet inaniter artes·